



Dominus regit me in eis hil michi
Alia uero omnia ut sup^{er} psalmi. O miserere
re mei d^s. Domine ne infurore ui.
Leuius occulos meos. o^rdo.

Vit tuā dñe misericordiam co-
sequamur. fac nos tibi to-
to corde esse deuotos. p.
erum d^s tenax uigor ad vitūd

Aspice mine domine i miserere mei
O irabiliā capta **A**ler altius
honera portate. et sic adiiple-
bitis legem xpi. R^e Redime
me domine i miserere mei **P**rof meus enim

fons luoxini dies diē illumi-
nans. Verusq; sol illabē mi-
cans mōre ppetim uibarq; scā
spē infunde nrīs sensib;. Utq;
uocem te patrē. patrē phennī
gō. patrē potētis grē culpa re-
liget lubrica. Informet act
stremos. dentem renundat p in-
michi. casus fecundet alios. do-
net gerendi grām. Menem gu-
bner q regat. casto fidelem corpe.
fides calore ferueat. fraudis uene-
na nesciat. Xpl q; nob̄ sit cibus. po-
tusq; nr̄ sit fides. leti bibamus
sobriam. ebrietatem sp̄l. etius di-






Pf XVI-15

ORATIO FV
NEBRIS, A' IO. VVLTEIO
DE IAC. MINVTIO
THOLOSAE
HABITA.

PLU^s VIGILA. est somno melior uigilantia namq;



Hec recti nutrix, hic sonet omne scelus.

Αὶ γέρανοι τάρθη καταπεπωκίου.

L V G D V N I,
S V B S C V T O B A S I L I E N =
S I A P V D M I C H A E L.
P A R M A N T E R I V M ,

M. D. XXXVII.



MATTH. MOPHA AD
MINVTII CINERES.

Quod te non potui uiuum celebrare Minuti,
Munia nec meritis iusta referre tuis,
Perdoleo, at saltem haec cineri donabimus, hic qui
Omnium inextinctis conditus est lachrymis
Aeternum sacri cineres requiescite, per quos
Dum licuit, populis uita quieta fuit.

IO. VVLTEIVS
LECTORI.

Vt suus honos unicuique iure merito tribuatur,
uersus, quibus exorsus sum, Stro^Za uir sanè suo tem-
pore, scribendo carmine fælicissimus, fecit. Hoc
habe, & Vale.

Ioannes Vulteius

M A L A F A N T I O E T
R E Y N E R I O

S. D.



O L E O me uobis ea mittere, quæ
necessæ est molesta esse, mitto ta-
men, sed quāto cum dolore, neq;
uerbis explicare, nec mente cogi-
tare queo. Vellem aliud esse mi-
hi oblatum argumentum, quo ue-
stre possem in me benevolentia
satisfacere: at quia ita fato accidit ut I A C O . M I N V =
T I V S Socer uester, uir sine cōtrouersia & doctissimus,
& clarissimus, uobis, bonisq; omnibus non sine magna
Reipub. iactura, creptus sit, eam quam in eius funere di-
xi Oratiunculam prælo dedi, uestroq; nomini dicaui, &
quanquam scio nihil esse opus eius memoriam meis scri-
ptis posteritati commendare, cuius uirtus per se satis no-
ta est, tamen non possum tantam constantiam, tantam
curam, tantum reipub. ornamentum, tantam eloquen-
tiæ qua mirabiliter excellebat, tantam industriam, tan-
tam deniq; omnium laudum excellentiam, silentio præ-
terire, quæ omnia ita in M I N V T I O lucebant ut ho-

A 2 minis

minus in uerissimo dicendi genere exercitatisimi orationem linguamq; desiderarent, malo tamen cum nemo surrexerit quod possum, quam nihil praestare, et uobis eo in officij genere, amorem meum notissimum esse:

nec me remorantur hominum opinones,

iudicia, conuicia, inuidorumq; re-

prehensiones, si modo et uo-

bis et MINUTIA =

NAE familiæ

satisfie-

cisse me intel-

lexero. Valete. Lug.

VIII. Calend. Aprilis,

M. D. XXXVII.

ORATIO TV

MVLTVARIO A' IOANNE
VVLTEIO IN FVNERE IA=
COBI MINVTII PRI=
MI PRAAES. THO=
LOS. HABI=
T A.



VIS dabit in lachrymas fontem
mihis quis satis altos
Accedet gemitus & acerbo uer
ba doloris
Exhaurit pietas oculos, & hyan
tia frangit
Pectora, nec plenos audiudum finit

edere questus.

Magna adeo iactura premit, mœstumq; MINVTI
Et fractum mors dura animum conturbat, agitq;
In uarias partes, tollit de cardine mentem
Attonitam, primoq; labant in limine uires.

Ita enim me omnibus modis exercet deplorandæ ca=
lamitatis acerbitas, ut neque dignum tanto funere argu=
mentum tractare, neque iustum, & debitum tanti uiri iu=
stis exordium inuenire possum. Nam multa hoc loco dice=
re uolentem maximè impediunt. Doloris primum, quem

ex miseranda morte cogor sustinere, magnitudo. Iacturæ
 postea grauitas, quæ non priuata est, sed in communem
 totius Galliae perniciem redundare uidetur. Qua usque=
 adeò excrucior, ita conficio, ita de constantis animi gra=
 du deiijior, ut me qui audiunt, et si per se sint fatis ad lu=
 ctum exprimendum excitati : magis tamen de meo mœ=
 rore angi debeant, quam ego suscep tam deplorandi inte=
 ritus prouinciam perficere possim. Facit etiam otij mihi
 concessi breuitas, ut prius in tanta animi perturbatione
 me dicere, quam quæ dicam excogitare oporteat. Quare
 quanquam illud est audacie uerius quam prudentiae tri=
 buendum, ut uenia tamen à uobis mihi detur studiose con=
 tendo, qui M I N V T I I & singulari amore uictus, &
 calamitatis nouitate pertractus, laudes innumerabiles, ho=
 nestissimumq; uitæ cursum exigua oratione, non dicam
 ornare, sed recensere sim aggressus. Cum enim apud me
 cogito quantum I A C O B U S M I N V T I V S, ille in=
 quam M I N V T I V S omnium uirtutum fons clarissi=
 mus, uel sua diuina prudentia, qua in reipub. administra=
 tione excelleret, uel ingenij bonitate bonos omnes com=
 plecteretur, quantum studijs studiosus faueret, quantum
 linguis linguarum peritus tribueret, quam propensus ad
 bene, beateq; obeundos magistratus esset : tum demum
 uires, linguae, uoci, spiritui, omnibus denique corpusculi
 partibus deesse sentio, frangor, permoueor, enecor, perco,
 meq; laboris magnitudini minimè esse satis libēter profi=
 teor, & mortem acerbissimam doloris uehementia op=
 pressus commemorare impedior. Quid? mortem? Ergo
 luriſprudētissimorū eloquētissimus excessit? Ergo flos le=
 gum

7
gum exaruit? Ergo totius Galliae præclarissimum lu-
men extinctum est? Ergo Vrbis Tholosanæ dignitas con-
seputa est? Ergo telum mortis durissimum? Ergo tem-
poris punctum talem, tantumq; magistratum euertit?
Ergo hominem uigilantisimum hic annus bonis omni-
bus fatalis ab oculis hominum eripuit? Dij immortales,
que tam subiti occasus ratio? cur illum nobis inuidistis,
cui honores summos mandados censiuitis, quorum fru-
ctus dulcissimos nunquam percepit? Deus bone, cur opti-
mo, & fortissimo uiro Rempub. Gallicam tam citò spo-
liasti? Cur insperata, repentinaq; morte illum ad te reuo-
casti, qui pro communi omnium salute semper uigilabat?
qui omnibus aderat? consulteq; ne quid Reipub. dignitas
detrimenti acciperet, prouidebat? qui bonis omnibus ad
Virtutes, & gloriari iter subministrabat? Si qua uia, au-
ditores, ad honores concederit M I N V T I V S tantisper
dum loquor attendatis, non dubito quin, quo uehementi-
tissime exagitor, eodem uos Orationis impetu excitemi-
ni ad deplorandam mecum uiri primarij ruinam. Intelli-
getis enim nihil in eo fuisse quod non summo labore, afa-
fiduo studio, laudabili diligentia compararit. Nam ipsa
iam adolescentia, partim in liberalibus disciplinis, qua-
rum exactam cognitionem habuit, partim in Legum stu-
dijs, quarum peritisimus fuit, honestè consumpta, ad sub-
sellia aduocatorum, ab ijs sine ullo parentum, aut proxi-
morum fauore ad Iuris docendi munus Aurelie assumptus
est: omniumq; studiosorum assensione Doctorum, quos
id temporis Gallia nostra in suis Scholis alebat, optimus,
optimorum doctissimus probatus est. Nec haud ita post,

cum iam M I N V T I I nomen per uniuersum orbem dis-
seminatū esset, nullaq; esset tam barbara Regio, quæ non
plurimū illius, & prudētiae, & sagacitati tribueret: Re-
gis nostri F R A N C I S C I hominis fortissimi, & sapien-
tiissimi munere primū inter Mediolanos Senatores locum
occupauit. In qua administrāda Prouincia talē se gescit,
ut L A V T R E C I antiquissimi, & fortissimi Ducis iudi-
cio dignus existimatus sit, qui non solum togam, sed et
sagū gereret, quod & pace, & bello, & in consilijs dan-
dis, & in gubernando exercitu ex omnibus ualeret pluri-
mum. Eo ipso tempore quot suo Principi cōciliarit, quot
pericula, & fortunarum, & corporis subierit, quot labo-
res percessus sit, non est huius loci commemorare. Id sa-
tis loquuntur Heluetij, qui, dum nouis rebus studerent,
prouidentia M I N V T I I ad concordiam pertracti sunt.
Posthæc, parante illi semper aditum Virtute, ab Italia in
Galliam reuocatus, Quartum Burdigalæ, momento uero
post Secundum, Primum postea apud ordinem Centum-
uiralem Tholosanum Magistratum est adeptus. In qui-
bus honoribus quam fideliter, quam moderate, quam pie,
quam prudenter, quam cū omniū laude uersatus sit nul-
lius testimoniū imploro, quam uestrū, quos attentos cir-
cumspicio. Sed quid in Magistratum numero recensem-
do immoror? Quid dignitates in eos? In M I N V T I O san-
ctissimo, atque integerrimo uiro summa fuere omnia.
Non illa quidem à parentibus tradita, sed diuinitus con-
cessa. Incredibile ingenium, fœlicissima memoria. In ad-
ministranda Iustitia expedita prouidentia, nulla uindi-
ctæ auiditas, nulla ambitio, nulla sordidi uestitus su-
spicio.

spatio, nulla denique fraus in tantum virum cadere uisa est. Vitiorum summus despectus, Virtutum autem complexus. Maxima erga prostratos, atque afflictos humanitas. Optima in bonas Artes uoluntas, tanta in rebus omnibus constantia, tanta magnanimitas, tanta uirtus, ut nullius unquam periculi terroribus ab officio, nulla gratia ab humanitate desciscere uoluerit. Quid plura ad felicitatis cumulum desideratis? multa me silentio praeterire cogit dolor, quae in Italia, Minore Britannia, reliquisq; Provincijs felicissime, ac sapientissime perfecit. Quae si singula ante oculos ponamus, infinitaq; alia ornamenta, quae undecunq; sese offerunt repetamus, uulnus tam graue, & exulcerabitur, & uehementissime recrudescat. Quis enim, obsecro, illum virum cogitat, & non frangitur? nos nauem, que naufragium fecit lugemus? Castrum euersum deploramus? Urbem uitam, & prostratam dolentissime ferimus? Thesauros subreptos grauiissime querimur? & non ad illustrissimi, & optimi viri occasum mouebimur? Quis iam lachrymis imperat? quis eiulatus coercent? C V R I A'ne, que quicquid lucis habebat, id totum mortuum, mutata ueste intuetur? Vrb's ne Tholosana, que suo parente M I N V T I O imminuta est? Scholáne Legum, que suo patrone, & acerrimo defensore nudata iam Barbarorum greges immimere præsentit? Gallia'ne tota, que se hoc fatali anno sua procreatione priuari conspicit? At audio C V R I A M exclamantem, Perijt, perijt ille M I N V T I V S, à cuius ore totius senatus pendebat autoritas. Perijt nostri ordinis præsidium. Perijt totius ciuitatis

oraculum. Audio urbis Decuriones, suspiria effundentes.
 Audio populi uoces, parvularum uagitus, uiduarum plan-
 etus, Orphanorum lachrymas. Audio urbem totam ita
 plorantem, O' me omni pulchritudine deformatam. O'
 me meo robore, meis neruis spoliatam. O' me felicem
 quæ hunc uirum excepti. O' me miseram quæ amisi. Au-
 dio legum scholam nihil aliud quam immaturum M I =
 N V T I I obitum deplorare. Ego' ne(inquit) ferre possum
 illum diem mihi funestum, bonis omnibus luciuosum? Au-
 dio ad extremum Galliam, quæ uix potest, quantum ex
 sua prole extincta moeroris conceperit exponere. Suspi-
 rat, se excruciat: Et hoc tacito sub pectore uoluit, Nunc
 ubi, nunc meus ille M I N V T I V S, quem florentem uidit
 Italia? quem motus bellorum componentem audiuit Ger-
 mania? quem uices sui principis obeuntem suspexit Me=
 diolanum? quem uenerata est Burdigala? quem de iure dis-
 serentem, & grauißimas controuersias componentem
 admirata est Tholosa? Prò dolor. Quò abijt ille muni-
 tißimus M I N V T I V S, cuius ossa miserrimè proiecta,
 atque diminuta iacent? Quò illa bonorum omnium offi-
 cina? Quò illud disciplinarum exundantissimum mare?
 Quò ille florū gratiissimorū hortus amoenissimus? Quò
 abijt iuris ciuilis instaurator disertißimus? Inuidisti in-
 choato operi mors sœua, atq; importuna, ipsumq; tantæ
 molis opificē, ex altissima immortalitatis specula detur-
 bare studiasti, non passa es ut Ius Ciuale opus diuinum,
 & immortale in tabulas, artemq; pulcherr. redigeret,
 ut inchoatos de Cosmographia libros perficeret. Sed
 quantumuis inuida non potes memoriam tanti hominis
 sepeli

Sepelire, quem tot monumenta, tot egregia, foris, domiq;
 gesta ab obliuionis iniuria uendicare possunt. Sed iam plu-
 ra dicere partim præcipuo dolore perturbatus, partim
 uestris omnium lachrymis debilitatus, non possum. Di-
 cerem eum Equitem fortissimum aduersariorum minas
 repressisse. Dicerem Legatum maturo consilio Regni,
 Regisq; honori & utilitati inseruisse, nisi impedirent la-
 chrymæ, quæ iam uerè ab omnibus sunt exprimenda, &
 quæ me à publico mœrore ad priuatam domum uel no-
 lentem retrahunt. Quis enim est tam ferreus, quis tam
 saxeus, qui (ut de uobis taceam, quibus me circunfessum
 video) qui inquam Vxorem M I N V T I I , lectissimam
 foeminam iacentem aspicit, & querelarū assiduitate non
 immutatur? quis gemitibus abieclarum, & anhelantium
 filiarū non mouetur? Quis generorū clarissimorū præsen-
 tiſimo squalore, & lachrymis maximorū dolorū nō ex-
 citatur? Quis absentis filij funebres affectus, singultusq;
 assiduos nō exaudit? Quis paruuli filij præsentis suspi-
 rijs? Quis lachrymulis non disrūpitur? Quid cōmemorē
 famulorum uoces? qui quantum possunt uociferantur, ò
 spes fallaces, ò cogitationes inānes, ò uanam expectatio-
 nem. Quid proferam Bibliothecam illā instructissimam
 que suo castissimo cultore riduata moeret: & penè
 Deorum consilia reprehendit? Vxor, Pueri, famuli C V-
 R I A M tanquam Parentem amplecti, & Senatorij or-
 dinis studium, fauorem, auxilium, tanquam legitimi tuto-
 ris fidem iure merito, depositare uidentur. Sed iam plura
 non dicam auditores, uercor enim ne mortuus, uel potius
 immortalis factus de uanis lachrymis, & stultis querelis
 redit

recte cōqueratur, & quo animo, paratoq; mortuus. Quid
 mortuus? Imò uero melius, & altius uite initium adin-
 uenit, laborum, & misericordiarum quiete fruitur, quam nun-
 quam recusauit, sed libenter sepe appetiuit. Occidit in-
 nocens. At, quo tempore? Quo imminentibus grauiissimis
 bellorum motibus & commotis principum animis, inno-
 centibus FRANCISCO VALESIO iuueni poten-
 tiissimo totius Galliae expectationi & spei admirabilis
 principi, Fabro, Erasmo, Zazio, Pagnino, Agrippae, infi-
 nitisq; alijs tam in literarū studijs quam in arte militari
 bene uersatis occubere præclarū, et dulce fuit. Quo etiā,
 rebus bene gestis, cursum gloriæ sempiternum sibi para-
 tum intelligebat. Cum igitur tot magistratus gesserit,
 tot ornamenta regno nostro, C V R I A E amplissimæ, ur-
 bi, Scholis, Populo, omnibus deniq; tam priuatis, quam
 publicis attulerit, quis illius mortem non beatam existi-
 mabit? Quis, nisi insignis impudentia, de illius uita con-
 queretur? Quid illi commodius, quid opportunius cōtin-
 gere potuisset, quam naturæ acceptum ius restituere, &
 hereditatem propriam cernere, à qua neq; clam detur-
 bari, neq; ui deiisci potest? Non est ille, non est lugendus,
 cuius uita laudabilis, mors honestissima fuit. Cuius prin-
 cipium fœlix, cursus prosper, exitus beatissimus, una om-
 nium uoce comprobatus est. Proinde animum colliga-
 mus, Auditores, & oculorum aciem in C H R I S T U M
 conuertamus, oremusq; ut, qua nunc in æterno illo Re-
 gno fruitur M I N V T I V S, eam nos fœlicitatis partem
 tandem aliquando adipisci ualeamus.

D I X I.

EIVSDEM EPITAPHIVM
EODEM AVTORE.

Qui decus urbis erat primum, qui prima Senatus
Gloria, purpureis primus in ordinibus,

Dotibus ingenij cunctis ornatus, & alta
Ingenuæ mentis qui ratione, iacet.

Heu iacet, ille iacet, iacet ille MINVTIVS, unus
Dux æqui, & recti, iustitiaeque parens.

Extinctum est lumen præfulgens, Gallia desle,
Nam spoliata tuo Sole, minuta tuo es.

Interiit, uox dura tibi Respublica, luge,
Atque tuum desle moesta Tholosa patrem.

Vtraque lingua gemat, ius ploret utruncque MINVTVM,
Et schola tota suo moereat orba patre.

Flete sacerdotes, plebs desle, Curia desle,
Iam lachrymis nullus debet inesse modus.

Ex hoc, qui fuerat uerè Virtutis amator,
Discite ritè omnes uiuere, ritè mori.

De subito occasu tam docti Præsidis omnes
Discite uos homines somnia, & esse nihil.

Aeternum nil esse, & ab hoc iam Numine, cuncti
Discite mortales Numina posse mori.

ALIVD.

Heu fatum nimis, & nimis sinistrum,

Heu fatum Patriæ nimis molestum,

Heu fatum meritò bonis dolendum,

Quo ille est, ille MINVTIVS minutus,

Patrem Patria quem suum uocare

(Si quenquam) poterat. boni patronum
 Omnes. quem literæ politiores
 Tutorem. Schola quem pium Parentem.
 Sanctum deniq; quem Tholosa Numen.
 Quid dicam? nequeo explicare uerbis
 Quantam Gallia in optimo MINVTO
 Iacturam faciat: sed istud ausim
 Praeclarum edere lumen imminutum,
 Illo quo cecidit die MINVTVS,
 Heu fato nimis, heu nimis sinistro.

G. SCAEVA DE EODEM.

MINVTI quodcunq; mortale usquam erat
 Sub hoc lapide est: properè quidem nobis nimis,
 Sibi satis maturè. Honos, nomen, fides,
 Et cætera, quæcunq; à Deis possunt dari
 Mortalibus, summè illi, ut ulli unquam, data:
 Versu nequeunt, Viator, aut fama capi
 Villa, pusillo tantum abest ut hoc lapide.

I DEM DE EODEM.

Mors Decium, Fabrum, Morum, et te maxime Zazi,
 Vno ferè hausit funere.
 Quid posset factura fidem: quibus addit Erasmus,
 Ne non scelestæ sit nimis.
 Improba nec saturæ est umbris tam illustribus: ecce
 Vnà rapit MINVTIVM.
 Improba Mors equidē: sed non male prouida: nam plus
 Obstentat uno hoc uitrium.
 Litteræ enim illorum tantum pars funeris: huius
 Et litteræ, et res cætere.

I DEM.



I D E M .

Dum super eclipsi certat, Germania, tecum
 Anglia, cum Latio Gallia, lis oritur.
 Vna fauet Decio, Fabro fauet altera, Moro
 Anglia, prima tibi Roterodame senex,
 Vincere tu poteras, & erat uictoria per te
 In dubio, Rheno cederet, an Rhodano,
 Ni foret umbrarum lux quinta **M I N V T I V S**, orbi,
 Et patriæ aternas qui peperit lachrymas.
 Substulit hic litem: & te ille unus, Gallia, uiuens,
 Et moriens fecit uincere tres reliquias.

Lugduni,

E X C V D E B A T I O A N -
 N E S B A R B O V S ,

M. D. XXXVII.

M. S. GAT


प्राप्ति विद्युत् देवीं लिख त्रिपुरा
देवीं बुला दिन त्रिपुरा
देवीं लिख त्रिपुरा देवीं त्रिपुरा
देवीं लिख त्रिपुरा देवीं त्रिपुरा
देवीं लिख त्रिपुरा देवीं त्रिपुरा

Estebanus, **P**rophetus, **N**ostri **I**ustitiae
Super **G**loriam **P**receptum **C**onservare
Festum **M**agis **A**ccipere **R**ecipiendam
Terrena **U**nus **N**atura **U**nus **D**ominus

jinubgu

И А О И Т А В Д У С Х
С О П Я Л А З И
А В К К К . А . М





Pro fratrib; nr̄is. Oste eis dñe Pro afflic-
tis & captiuis. Pro peccatis & negligē-
tis nr̄is. Ad uiuanos deus. Remis
prosideribus. Requiescant in pace. dñe
et audi orōne meā. Offerere mī d̄s.
dñe quid int̄uplicari sunt. Usq; quo.

Mātutina q̄s dñe suppliciū orō.
M uota p̄p̄ti int̄uere. & occulta cor-
dis nr̄i remedio tue clarifica pie-
tatis ut defidia tenebrosa nō teneat.
quos lux celestis gr̄e reparauit. dñm.

Sa quib; dñm uero locis dominicais orā dñ. adma-
nual. & ad uesperas. Dicunt enim orationes seri-
ales non esse auctoritatis. **AD. 1.**

Bēni qui scrinavuntur testimoniā dei. **D**ñe innoie
lūcū uisib;.

Nunc sancte nobis ipsi adiut

Dā mīchi intellectūm iugulabor man
tua Legem pone captiu

Sa ha me dñe sanabor
saluū me fac & saluus
ero. qm̄ laus mea tuis.

R**S**ana animam meam deus quia
peccaum tibi vego dixi dñe miserere mi
Gia pati ve adiutor mis esto dñe. Postea
leuiet. Pat̄ nr. Et precerpre om̄s horas
quas regre in mater psalmus omniser
re mi deus. Bi i quoqu. Ad
dñm cū. ORATIO.